



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 111. Marci Antonii Gozadini Cardinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII.
A. C. 1623.

§. CXI.

Marci Antonii Gozadini Cardinalis mors.

Purpuram a Gregorio XV. cui sanguine junctus erat, priori anno acceptam vix induerat Marcus Antonius Gozadinus, cum eandem hoc anno Romæ unacum vita exuere cogeretur, die prima Septembris defunctus. Hic patria Bononiensis obtenta Doctoratus Laurea Romanæ Curia Advocatum egerat, postea vero sacræ militiæ adscriptus, eidem Pontifici a cubiculis esse meruit, tandemque ex Vaticanæ Basilicæ Canonico Cardinalis renuntiatus, de Senatu populoque Romano optime meritum sese fecerat, ab eodem liberaliter remuneratus; quas tamen pecunias potissimum in ejusdem urbis emolumentum impendit, diuturniori vita dignissimus, nisi jamjam anno ætatis suæ quadragesimo nono, cælo sat maturus fuisset.

Ughel. in Ital. Sacra.

§. CXII.

Francisci Sacrati Cardinalis decessus.

Die sexta ejusdem Mensis itidem Romæ obiit Franciscus Sacratus, qui Nobis

Ciacon. in vit. Greg. XV. p.479.